Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



multi dico uobis querunt intrare
et nõ poterunt. Cum aũt intra
uerit pater familias et clauserit
hostium incipietis foris stare et
pulsare hostium dicentes. Domine
aperi nobis. Et respondens dicet
uobis Nescio uos unde sitis. Tunc
incipietis dicere. Manducauimus
coram te & bibimus. et in plateis
nostris doctusti. Et dicet uobis.
Nescio uos unde. Discedite a me õ
nes operarii iniquitatis. Ibi erit fle
tus et stridor dentium. Cum uidri
tis abraham ysaac et iacob. et om
nes prophetas in regno dei. uos aũt
expelli foras. Et uenient ab oriẽ
te et occidente. et aquilone & au
stro. et accumbent in regno dei. Et
ecce sunt nouissimi qui erunt primi
et primi sunt qui erunt nouissimi
In ipsa die accesserunt quidã pha
seorum dicentes illi. Exi et uade
hinc quia hinc quia herodes uult
te occidere. Et ait illis. Ite dicite
uulpi illi. Ecce eiicio demonia & sa
nitates perficio. Hodie et cras & sequẽ
tertia die consummor. Verumtamẽ oport
me hodie & cras et sequenti die am
bulare. quia nõ capit prophetam
perire extra hierusalem. Hierusalem
hierusalem que occidis prophetas & la
pidas eos qui ad te missi sunt. quo
ties uolui congregare filios tuos
quemadmodum auis nidũ suum
subpẽnis et noluisti. Ecce relinq̃
tur uobis domus uestra deserta.
Dico aũt uobis. quia nõ uidebitis
me donec ueniat cum dicetis. Bẽ
dictus qui uenit in nomine domini

Factum est XIIII
cum intraret iesus in domũ
cuiusdam principis pharise
orum sabbato manducare panem &
ipi obseruabant eum & ecce homo
quidam hydropicus erat ante eum
Et respondens iesus dixit ad legis
peritos et pharisaeos dicens. Si licet
sabbato curare. At illi tacuerunt.
Ipse aũt apprehensũ sanauit eum ac
dimisit. Et respondens ad illos dixit
Cuius uestrum asinus aut bos in pu
teum cadet. et non continuo extrahet
illum die sabbati. Et nõ poterant
ad hec respondere illi. Dicebat aũt
et ad inuitatos parabolam intendens
quomodo primos accubitus eligerent
dicens ad illos. Cum inuitatus fue
ris ad nupcias nõ discumbas in pri
mo loco. ne forte honoratior te sit in
uitatus a illo. et ueniens. Is qui te
et illum uocauit tibi dicat. Da huic
locum. Et tunc incipias cum rubore
nouissimũ locum tenere. Sed cum
uocatus fueris ad nupcias uade et
recumbe in nouissimo loco. ut cum
uenerit qui te inuitauit dicat tibi.
Amice. ascende superius. Tunc erit t̃
gloria coram simul discumbentib̃
Quia omnis qui se exaltat humi
liabitur. & qui se humiliat exaltabi
tur. Dicebat aũt & ei qui se inuita
uerat. Cum facis prandium aut ce
nam noli uocare amicos tuos. nec
fratres tuos. nec cognatos tuos. ne
uicinos. nec diuites. ne forte & ipsi te
re inuitent. et fiat tibi retributio.